



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Concilium Romanum III. Qvo Iidem Incestvosi Haeretici excommunicantur,
anno Domini MLXV. sub Alexandro papa II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

ANNO ^a CONCILIVM ROMANVM III.
CHRISTI 1065.

QVO IIDEM INCESTVOSI HÆRETICI
excommunicantur, anno Domini M L X V. sub Alexan-
dro papa II.

N O T A.

² *Concilium.*] Cum Alexandri papæ admonitio, de qua præcedenti Conilio, non sufficeret, opus illi fuit eodem anno hanc secundam in corumdem incestuosorum causa Synodum congregare, in qua vere incestuosos & pertinaces hæreticos excommunicatione percelleret: sed (quod doluit Petrus Damiani) id etiam sine fructu. Nam arte diaboli conglutinatis animis incestuosorum coniugum nullo timore æternæ damnationis abinuicem diuelli potuerunt. Testatur id quidem ipse Petrus Damiani, dum in libello de contemptu seculi de his agens ista dicit: *Ecce insuper hoc anno (sic ut nos) per Romanæ sedis antijacentem bis congregatum est synodale Concilium, ubi denuo omnes incestuosi iuxta Canonum decreta ecclesiastica sunt communicatione priuati. Sed quis ex tot milibus hominum saltem unum vident ab infasti fæderis abominatione diuulsum? Imo ne profundiori ipsius calamitatis absorberetur hiatus, quis eorum post hac ecclesia limen terere destitit? aut quis insuper ista considerans ab eorum se familiaritate remouit? In omnes itaque lethali lepra contagium serpit; quia nimis omnes eorum complices apostolice excommunicationis nexus adstringit. Enimvero quisquis coniugalis prospiciens titulis insignitur: quisquis male blandientis forma suauis venustate mulcetur, præsertim si largioris substantia dotibus affluit, vel succrescentis sobolis indoles spem sibi futura posteritatis infundit: consultius indicat a Deo manifeste recedere, quam adeo lucrosi matrimonii glutinum disgregare. Si vero his contraria euenerint, atque uxorio calamitatis incommoditate percellatur, ipse vir falsa consanguinitatis lineam textit, & inaudita proauorum nomina per multa argumenta confingit, atque simul quosdam in huius allegationis testimonium aducat, quos tamen per vita terminum sublatos et medio non ignorat. Is itaque sibi met accusator & reus crimen impingit, scelus exaggerat, atque adminiculum, quo ex tam periculo so naufragio enatare posset, inquirit. Hæc Petrus; significans, aliud adhuc malum ex his oriri: cum videlicet nonnulli legitimate copulati, prætextu fictæ consanguinitatis, solutionem a nexu matrimonii procurarent, quos initi coniugii pœniteret, cum in mala plurima quæ non putauerant impegisserent.*

Causa Con-
cilii.